

Dominica in Palmis

«Christus pro nobis obediens usque ad mortem factus est» (Phil. 2, 18). Contemplemus ergo hanc Dei Dilectionem, quae nos salvos fecit facitque; contemplemus hominum Salvatorem, qui usque ad finem nos dilexit.



Per Christum, Salvator advenit, qui, cum nudus in mundum venisset, nudus e mundo exiit, ut homines esse tantum gratiae vestimenta sollicitos doceret.

Per Christum, Dilectio vera in homines venit: nam Dei Filius est extra civitatem natus et, sicut omnes prophetae cecinerunt, extra civitatem mundum reliquit, ut veram dilectionem, nulla remuneratione data, gratuitam esse nos doceret.

Per Christum Salvator advenit: nam Ipse, vita incipiente, est in ligno iacere dignatus. Simili modo, cum vivus ascenderet in ligno, ex quo laniatus pependit, Crucem maximi momenti in hominum vita esse Christus docuit. Crucis autem lignum amplexus, hominibus aperte dicit Crucem, si libenter accipiatur, perennem gratiarum esse fontem.

Per Christum, Salvator advenit: nam Ipsi, in mundum ingredient, angeli plaudunt Eidemque, cum e vita excedat, homines clamant:

«Hosanna filio David» (Mt 21, 9). Ex quo salutem nostram a Deo datam intellegimus.

«Christus pro nobis obediens usque ad mortem factus est»

Christus per mortem suam caelorum portas nobis aperuit.

Christus pro nobis mortuus est et per mortem suam vitam habemus. Ideo magno cum gaudio introeamus in Christi Pascham, ut nos quoque nostram Pascham magno cum gaudio, innumeris ditati gratiis, laeti felicesque celebremus.